

APPENDIX
OBSERVATIONUM.

I. 1, 3. *εδὲ τὰς ἀπαντῶντας]* V. D. apud Simsonum Anglum, conj. *εδὲ τὰ ἀπαντῶντα*, sine caussa. Socrates dixerat eos, qui divinationem esse statuant, pluribus ejus generibus uti; *οἰωνοῖς τε χρῶνται, οὐχὶ φήμαις, οὐχὶ συμβόλοις οὐχὶ θυσίαις.* Recre haec Ernesti sic interpretatus est, ut *οἰωνοὶ* intelligantur auguria ex avibus, *φήμαις* omina e vocibus auditis, *σύμβολα* vel *σύμβολοι* conjecturae e somniis, ostentis et portentis; *θυσίαι* vero pertineant ad extispicinam. Haec egregie confirmantur Aeschyli Prometh. vincit v. 485 sqq. ubi similiter commemorantur *οἰωνοὶ — πληγόνες* h. e. *φήμαις — ἐνόδιοι σύμβολοι* et *θυσίαι —* denique *σπλάγχνα* seu exta hostiarum.

I. 1, 5. *ἔδοκε δ' ὁὐκ ἀνέφοτερα ταῦτα*, utroque autem vitio laborare visus esset, aliis scilicet eum *ἥλιθον*, aliis *ἀλαζόνω* esse existimantibus. Hoc moneo quia vidi h. l. sic intellectum esse quibusdam interpretibus, quasi Socrates, si mendax repertus esset, iisdem, quibus *ἥλιθος* item et *ἀλαζών* visus fuisset dicatur, quod fieri non potest. Verte igitur: Er würde sich aber in den Verdacht von beiden gesetzt haben: scilicet, indem ihn einige für einen einfältigen Tropf, andre für einen windigten Prahler gehalten hätten.

I. 1, 6. *Ἄλλα μὴν ἐπολεῖ οὐχὶ τάδε πρὸς τὰς ἐπιτηδεῖς?*] Docta quidem est suspicio Heinzii adversus h. l. mota, veruntamen non est ejusmodi, quae dilui non possit. Nimirum cum §. 4. 5. narrasset Xenophon Socratem familiaribus suis multa edixisse quae facerent, quaeve omitterent, tanquam

nu-